mediante salua sibi Recognitibus iuxta praeinsertum Contractum atque Ius obligatorium Rumatione Vsufructu eorundem bonorum atque hyematione pecorum in eodem Contractu praecustodiendo pleno in robore reseruatis.

Wolski Grabinskiego Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premyslien. Generosus Nicolaus Wolski sanus mente et corpore existens a Terris dictis Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosus Iohannes Grabinski eiusque posteros de summa Quatuor Millium florenorum polonicalium per ipsum sibi Recognoscentem per eundem Generosum Grabinski Actis Castrensibus Capitaneatus Sanocensis modo simplicis debiti ad soluendum inscripta tam vero persoluta nec non de ipsa Inscriptione Castrensi Sanocensi debitorea Quietat emittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat Inscriptionem praefatam Castrensem Sanocensem debitorem in toto Cassat mortificat et annihilat Recognoscens sibi summam suprascriptam realem praestitam esse persolutionem ratione cuius sibi et suis posteris perpetuum imponit silentium.

Grabinski et Boguski Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premyslien. Generosi Ioannes Grabinski ab una et Ioannes Boguski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris dictis Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt